



1722/19 44

FACULTATIS JURIDICÆ
DECANUS
IO. PHILIPPUS
Streit / J.V.D.

EMINENTISSIMI PRINCIPIS ELECTORIS
MOGUNTINI CONSILIARIUS
REGIMINIS.

L. B. S.

ERFORDIAE,
TYPIS GROSCHIANIS, Acad. Typogr.

ACGENTIAIS IURIDICAE

ET A. M. F. H. B. D. C. G. S. T. R. I. P. I.

ACGENTIAIS IURIDICAE

ET A. M. F. H. B. D. C. G. S. T. R. I. P. I.

ACGENTIAIS IURIDICAE

ET A. M. F. H. B. D. C. G. S. T. R. I. P. I.


ACGENTIAIS IURIDICAE

ET A. M. F. H. B. D. C. G. S. T. R. I. P. I.

ACGENTIAIS IURIDICAE

ET A. M. F. H. B. D. C. G. S. T. R. I. P. I.

ACGENTIAIS IURIDICAE



Ppellandi usus quam sit frequens, quamque necessarius, nemo est qui nesciat, inquit Ulpianus in *L. I. in pr. ff. de appellat.* & relat. Sententia enim subinde feitur contra jus alterius litigantium, vel quia litigator non satis jus suum deduxit & probavit, vel quia judex per imperitiam, aut iniquitatem sententiam tulit. Est autem appellatio transitus à judicio inferiore ad superius, vel ab inferiore judice ad superiore gradatim facta provocatio ratione gravaminis vel illati vel inferendi, *can. anteriorum 28. caus. 2. q. 6.* Saluberrimum sanè est hoc remedium, utpote cuius finis, ut innocentibus subveniatur, imperitia & iniquitas judicis corrigatur. Post appellationem interpolitam petendi sunt Apostoli, quo nomine indicantur literæ dimissoriarē, seu libellus dimissorius. *L. unic. ff. de libell. dimiss.* Ita dictus, quod per eum dimittatur causa ad judicem appellatum, *L. 105. de V. S. seu*

ad eum, qui de appellatione cognitus est. Apostolorum autem plures sunt species; *Dimissoriales*, per quos appetat, quod judex appellationi detulerit, & appellantem à sua potestate seu jurisdictione dimiserit ad eum, ad quem appellatum est. *Colleg. Argent.* ad d. tit. de libell. dimiss. in praxi rari sunt, inquit Stryck. in usū modern. pandect. eod. tit. §. 2. Locum tamen habere possunt, quando sententia non ab ipso judice, sed à collegio quodam juridico, forte contra opinionem ipsius judicis concepta. *Reverentiales*, quando non ob causae iustitiam, sed solum ob reverentiam superioris, ad quem appellatur, judex à quo defert appellationi *cap. 1. de appellat in 6. L. eos. 6. §. super his cod. eod.* sunt frequentiores, *Refutatorii*, quos dat judex à quo, appellationi non deferens, judici ad quem *L. fin. §. in refutatoriis cod. d. t. gloss. in d. cap. 1. vers. exhiberi*. Adiectâ etiam causa, cur appellationem rejecerit, *d. cap. 1. L. penult. ff. de appell. non recip.* Ab usu non recesserunt, sed utiliter adhuc contra frivolas appellationes admittuntur, nec judices suæ authoritati melius consulere possunt, quam per hosce refutatorios. *Testimoniales* sunt, qui dantur causa testimoniij super appellatione proposita coram judece

dice recusante dare Apostolos, vel coram publica aut honesta persona , non datâ judicis copiâ , cap. fin. X. de appellat, seu qui in testimonium factæ appellationis dantur, non à judice, sed Notario, coram hominibus fide dignis, quoties judex Apostolos dare recusat, vel ira absens est, ut copia ejus haberi nequeat, d. cap. fin. Et cap. pastoralis X. de offic. jud. ordin. colleg. argent d. t. n. 5. ubi addit: qui tamen impropriè dimissoriæ literæ vocantur, licet earum vice fungantur, neque usque adeò necessariae sunt, cum satis sit eas petitas esse, licet judex dare recusaverit. Stryck. cit. §. 2. ait, testimoniales quos dat Notarius, quando coram ipso & testimonibus appellatio interposita fuit, nihil aliud sunt, quam documentum interpositæ appellationis, de quibus rectè dicit Blum. Process. Camer. tit. 50. §. 2. eos impropriè Apostolos dici, nec fundamentum in jure habere , quoniam Apostoli semper à judice inferiore, à quo appellatur, dantur, hi autem dantur à Notario. Sunt denique & conventionales , quos dat pars adversa admittens appellationem & in eam consentiens, sive in judicio, sive extra judicium, judice vel renuente vel tacente & permittente. cap. oblatæ 57. X. de appellat. Hostiens. in summ. eod. lib. 2.

Ideoque vel ab ipso appellato, vel Notario dari possunt, sed & hi impropriè Apostoli appellantur, nec fundamentum in jure habent. Petendi autem sunt Apostoli instanter & saepius, sive instanter, instantius & instantissimè. *d. L. unic.* olim intra quinque, hodie intra 30. dies à die scientiæ latæ lententiæ. *L. judicibus.* 24. cod. de appellat. in casu denegatorum Apostolorum licentia erit appellanti super eo deponere querimoniā, & convenire adversarium intra anni spatiū, vel etiam intra sex menses pro judicū diversitate *L. si appellationem cod.* Seu si appellans Apostolos non acceperit, *ait Stryck. d. t. de libell. dimiss.* id ipsum contestari, sive, ut practici loquuntur, de adhibita diligentia protestari debet, quo facto appellanti non nocet, si per judicem stetit, qui debebat dare litteras, quo minus det. Cæterum juxta ordinationem & stylum Cameræ Imperialis requisitio Apostolorum non est necessaria. *ord. cam. part 2. tit. 30. Mynsing cent. 4. obs. 36.* Sed appellantis arbitrio relictum est, utrum Apostolos petere velit, an non, idque ideo, ut calumniis & difficultibus in prosequenda appellatione occurritur. *Gail. 1. obs. 139. n. ult.* & hodie in judiciis inferioribus plerumque sufficit appellationem suis

se

se interpositam coram Notario & testibus, quo
facto, causa statim devolvitur ad superiorem.
Habn. ad Wesenb. de libell. dimissor. n. 3. Quam
materiam pluribus ex cathedra explanabit

Nobilis & Clarissimus Dominus

Christfried Ernst Besser

Natus Liebenwerdæ Saxonum die 15. Maii anno
1694. Patre Viro nobilissimo Dn. CHRISTO-
PHORO BESSER, Regiarum Borussicarum
Præfecturarum omnium ad patrimonium Re-
gis pertinentium, vulgo Chatouleyn Ambter
dictum, Præfecto primario, & hereditario in
Kalckwitz piè defuneto; Matre Domina JO-
HANNA CATHARINA, ex gente Mühl-
bachiorum, divinâ gratiâ adhuc superstite;
postquam sacro fonte lavatus fuit, crescen-
tibus annis, pii Parentes omnem curam eò in-
tenderunt, ut genuinis virtutis & bona-
rum literarum studiis imbueretur, hinc pos-
itis sub privatorum Præceptorum operâ & ma-
nuductione fundamentis, ad Gymnasium Re-
gium Joachimicum, quod Berolini floret, mis-
sus tam in humanioribus, quam altioribus se-
culorum exhibuit, præprimis vero studium ju-
ris naturalis & civilis sub Dno Barckhusen, Prof.
Jur. elegit & continuavit Wittenbergæ, ubi an-

no



no 1714. matriculæ nomen dedit; revocatus in-
de domum fuit, ast post mortem Dni sui Paren-
tis Custrinum Neo-Marchicorum abiit, & in-
de, obtentâ, præstitis præstandis, feudi investi-
turâ, reversus Wittembergam, ibi collegia juridi-
ca consultissimorum Viroqum Dn. Hornii, Beye-
ri, Griebneri, Wolffii, Krausii, Thilemanni,
Rährensee frequentavit, his absolutis, causas in
patria orare incepit. Tandem nos accessit, &
ad consuetum Examen Dnn. Candidatorum
admitti decenter petiit, admissus in Examine
rigoroso se talem exhibuit, ut unanimi consen-
su ad ulteriora specimina habilis, & gradu Do-
ctorali dignus declaratus sit. Cras itaque horis
consuetis Lectionem cursoriam ad dict. L. unic.
ff. de Libell. dimissâ eaque finitâ, disputationem
inaugnralem de Resignatione Dominii judicialis,
jure Saxonico necessaria, habebit, Quibus A-
ctibus ut Magnificus Dn. Universitatis Pro-Re-
ctor, Dni Proceres & Cives Academicci frequen-
tes interesse velint, rogantur, invitantur. Publ.
sub Sigillo Facultatis Juridicæ 6. Septembbris
MDCCXXII.

(L. S.)

ERFURT, Diss., 1721/22




VD18

56







1722, 19
44

ULTATIS JURIDICÆ
DECANUS
PHILIPPUS
Streit / J.V.D.
TISSIMI PRINCIPIS ELECTORIS
OGUNTINI CONSILIARIUS
REGIMINIS.

L. B. S.

ERFORDIAE,
is GROSCHIANIS, Acad. Typogr.